



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

5. Donatio ad sponsam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

aut illa emissa persona , quæ contra inge-  
nuitatem istam venire aut eam infrangere  
tentaverit , sifco discutiente solidos tri-  
ginta multæ componat , & quod repetit  
per nullum ingenium evindicare valeat ;  
præfens ingenuitas & merces nostra firma  
& stabilis permaneat , cum stipulatione  
subnixa . Actum in loco illo .

*Venditio de servo.*

II. Domino magnifico fratri illi emp-  
tori , ego in Dei nomine ille venditor . Con-  
stat me , non imaginario jure , nec nullo  
cogentis imperio , sed proprio voluntatis  
mea arbitrio tibi vendere , quod ita &  
vendi , à die præsente , vernaculum ju-  
ris mei nomine illum , non furem , non  
fugitivum , nec cadivum , nec ullum vi-  
tium in se habentem , sed in omni corpore  
scimus eum sanum usque ad annum &  
diem . Et accepi à te in pretio pro hoc ,  
juxta quod mihi bene complacuit vel con-  
venit , solidos tantos , ita ut ab hac die  
memoratum vernaculum superius deno-  
minatum , quem dato pretio de me legi-  
bus comparasti , habeas , teneas , atque  
possideas , & quicquid exinde facere vo-  
lueris , liberè & firmissimè in tua perma-  
neat potestate ad faciendum . Si quis verò ,  
quod fieri non credo , si fuerit , aut ego  
ipse , aut ullus de heredibus meis , qui con-  
tra venditionem istam venire aut eam in-  
frangere tentaverit , sifco discutiente solidos  
triginta multæ componat , & quod re-  
petit nihil evindiceret , sed præfens &c .

*Venditio de terra.*

III. Domino magnifico fratri illi emp-  
tori , ego in Dei nomine ille venditor . Con-  
stat me , non imaginario jure , nec  
ullo cogentis imperio , sed proprio voluntatis  
mea arbitrio tibi vendere , quod ita &  
vendi , à die præsenti bunuaria  
tanta de terra arabili , in loco nuncupante  
illo , qui est in pago illo , quem de parte  
parentum meorum tam & de alode quam  
& de comparato vel de quolibet adracto  
ad me legibus obvenit , hoc est , de uno  
latere terra illius subjungit , de alio latere  
illi , & de uno fronte terra illius , de alio  
verò fronte per viam publicam . Et accepi  
à te in pretio taxato pro hoc , juxta quod  
mihi bene complacuit vel conventum fuit ,  
solidos tantos , ita ut ab hac die memora-  
tam terram superius denominatam , quam  
de me legibus comparasti , ipsam hanc ha-  
beas , teneas , possideas , vel quicquid exinde  
facere volueris , libera in omnibus Chri-

Tom. II.

sto propitio in tua permaneat potestate ad  
faciendum , & cetera .

*Venditio de servo ad Ecclesiam.*

IV. Breve in vicem venditionis qualiter  
vendidit homo aliquis nomine ille ad  
Ecclesiam aliquam nomine illam vernacula-  
num suum nomine illum , à die præsente ,  
non furem , non fugitivum , non cadivum ,  
nec ullum vitium in se habentem , sed in  
omni corpore scimus eum sanum usque ad  
annum & diem . & sicut superius factum  
est .

*Donatio ad sponsam.*

V. Dum Dominus ab initio concessit in  
veteri testamento & precepit ut relinquat  
homo patrem & matrem & adhæreat suæ  
uxori , ut sine duo in carne una , & quod  
Dominus conjunxit homo non separat .  
Ego enim in Dei nomine ille , dulcissime  
conjugi meæ illi . Dum & ego te per soli-  
dum & denarium secundum legem Salici-  
cam visus fuī sponsare , ideo in ipsa amoris  
dulcedine dabo ergo tibi à die præsente ,  
quod in perpetuum volo esse mansurum ,  
rem pro portione mea in loco nuncupante  
illo , qui est in pago illo , qua de parte pa-  
rentum meorum ad me legibus obvenit ,  
hoc est , in ipsa portione , mansis ad com-  
manendum , cum casticiis , suprapositis , ter-  
ris arabilibus , & mancipiis , vel quicquid  
in ipsa portione est asperatum , tibi dico  
esse donatum atque firmatum ; ut quando  
die felicissimo nuptiarum insimul nos Deus  
conjunixerit , ista omnia superius conscrip-  
ta in tua permaneant dominatione ad pos-  
fidendum . Si quis verò &c .

*Notitia de mancipio.*

VI. Cum resedisset ille Vigarius inlu-  
stris viri illius Comitis in illo mallo publi-  
co , unā cum ipsis Scabinis qui in ipso mallo  
resedebant ad causas audiendas vel recta  
judicis terminanda ; ibique veniens mo-  
nachus sancti illius , vel ille Abbas nomine  
illo , de illo monasterio , unā cum advo-  
cato sancti illius nomine illo , feminam ali-  
quam nomine illam interpellabat , repe-  
bat ei dum diceret eō quod colonia esset  
sancti illius , de curte sua que dicitur illa ,  
de parte aviae sua nomine illius quandam ,  
& ipsa illa & de ipso servitio sancti illius  
negligens aderat ; sed ipsa femina de præ-  
senti adstare videbatur , & nullatenus ha-  
buit quod dicere nec opponere nec trade-  
re rationes per quas de ipso servitio sancti  
illius se abstrahere potuisse , sic ei in præ-  
senti fuit judicatum , ut ipsum servitium san-  
cti illius , unde negligens aderat , ipsi advo-

ii